

Omnibus Christifidelibus, ad quos presens veri-
 ptum pervenerit. Marcus Dei gratia pala-
 tinus, et Clemens castellanus Cracoviensis,
 testimonium veritatis acceptare. Ne gesta-
 rum rerum memoria processu temporis e-
 vanescat, et pareat, discretorum virorum
 providentia, solet ea per literas eterna-
 re. Inde est, quod Vitus miles, filius Edy-
 slavi de Jaczye, coram nobis ecclesia Mie-
 choviensis sancto sepulchro pertinenti, he-
 reditatem suam de Jaczye libere et ple-
 narie in elemosynam contulit, eodem iure
 hereditario, quo ipse possidebat, possiden-
 dam, nullis quidem presentibus, sed nullo
 contradicente, huius facti testes sumus.
 Marcus palatinus, Clemens castellanus,
 Bura venator, Stephanus Tribunus, Pe-
 trus Miroslavus cum fratre, Petrus Ve-
 gnonis filius, Henricus palatini capellanus,
 Romerus Monachus, Henricus Andree
 castellanus. Actum in die beati Severini
 in Novo castro, anno Domini millesimo
 ducentesimo trigesimo.

Monastica.

Faint, illegible handwritten text in a single column, possibly representing a list or account.

M. S. P.